



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

ergo præteriorum, & tuorum temporum, non tua, sed
Elector, nec Sedis mala, aliter, quam in scaturi-
gini suffocari possint, Patriciorum insolentia re-
frenanda veniet. Habebis autem ô Sancta Mater, tot
felicitatis tuæ defensores, quot sunt Erfordiæ, socor-
des Patricios excipias, armatæ dexteræ. Elector
Petrus frerum, & anteactorum gnarus, Responsum
non levandam statim Urbem censuit, quæ Electoris,
culpâ suâ ceciderat. Reverterentur, ait
ad suos deputati, se Consiliarios, qui &
in rei veritatem inquirerent, & aptarent me-
dia submissurum. Interim fuit invidia plebis
evitaretur, & amplior decidendi libertas
supereffet, servare donum Patricii jube-
bantur.

negant.

*Responsum
Electoris.*

*Dona à Pa-
triciis obla-
ta recusat.*

ArchiEpiscopus & momenta dissensio-
nis Consilio suo tradit: apprehenditur
statim arduam rem esse, quam in commo-
da Sedis, & Urbis vertere possit, ac de-
beat Moguntia: Eò hactenus Patricios ci-
vitatis viribus abusos, ut non nisi precari-
um Moguntiæ obsequium præstiterint,
quasi non ministeriali, sed proprio jure ci-
vitati præcessent. Oligarchicis ergo moliti-
onibus potentiam plebis objiciendam;
solis quidem Patriciis à majoribus Urbis
custodiam esse creditam, sed utilita-
te hoc exigente, quæ cum diversum ho-
diè suadeat, aliis legibus opus esse. Pa-
triciis, & plebi dissimulari posse; cumq;
vires & arma plebi adsint, hujus favorem
ambiendum. Neutrius partis fidem Mo-
guntiæ satis probari, vinculari tamen am-

III.

*Super reæ
momento
deliberat.*

F 4 bas,

bas, dum altera in alterius timore cont.
Legatos Er- netur. † cum hisce mandatis Legati mi-
fordiā mit- tuntur Erfordiam, simul ut juramentum
tit, eorumq; à senatu domesticas ob miseras haetenus
expeditio. intermissum, exigant; quo cum omni

submissione præstito, Consiliarii discor-
dias aggrediuntur, cumque in patriciis
ingentem insolentiam, in plebe ferociam
reperissent, utrique indulgent. Quies
autem publica severissimis mandatis indi-
cta. Simul ad tutandam Urbem contrà

Coſfirmatur Landgravium, & stabiendam securita-
tribunitia tem hortationes additæ. † Mansit igitur
potestas. tribunitia potestas, & indies plebis liber-
***MCCCXI.** tatem, accendentibus Quatuorviralibus li-

teris, *earumque Electorali confirmatio-
ne adauxit. Etenim post undecim annos
scilicet hujus sæculi vigesimo secundo Se-
natus hos Quatuorviros suum in nume-
rum debuit recipere, tantumque favore

Monachi plebis effecerunt, ut demum in electioni-
servitæ Er- bus magistratum, nulla patriciatūs ratio-
furti recipi- amplius habita. Idem Legati religiosos,
untur. quos Servitas † dicimus, introduxerunt,
Moniales (a) jisque monasterium ad portam Krem-
ad S. Mart. pferianam assignarunt, monialibus, quæ
trāſferūtur. prius illud tenuerant, in Brūletum † trans-
***MCCCXI.** latis, ubi hodiè sub auspiciis D. Martini
Bellūcū Frid psallitant.

IV. *Restituta quieti suæ Urbs denuò bellum
Lād. redin- meditatur, † seque ad defensionem contrà
tegratur.

(a) MS. Chronica Bibliothecæ Cæsar. Vind.